

sonis, quantumcumque per tuum prisionerium custodiri
contingat, occasione custodie vestre vel humanis vel aliquo
modo per prisionerium ipsum vel aliquem abum ei,
nil propterea exigi vel ~~recipi~~ recipi petaris; a quibus quic-
quid occasione predicta recipi vel extorqueri contigerit,
contra presentis vestre inhibitionis edictum, pro prisionerio
tuo vel quolibet executore huiusmodi in quadruplo ~~pro~~
fidem compones.

[i.] Item quod super celeri recollectione pecunie
subventionis ipsius in terris iurisdictionis tue executores
de decreta tibi provincia ordinandos viros doctos ydo-
neos et fideles ordinare procures, ~~quos~~ quibus ex-
presse intubeas et corporalia ab eis extorquere recipias
iuramenta. et in litteris communis tue, quas tibi
feceris, apponatur, quod de recipienda pecunia sub-
ventionis ipsius de nullatenus intromittant et nihil
propterea a collectoribus vel hominibus terrarum vel lo-
corum executionis tue preter exultantem et poculen-
tem nomine numeris recipere vel extorquere aliqua oc-
casione presumant. quorum cuiuslibet de officio tui
proventus pro singulis centum uncis de subventio-
ne eorum tantum studio instantia et coercione
collectis, cum maior pars subventionis ipsius ex indu-
stria et studio tuo et collectorum extorqueri valeat
et labori, unciam auri unam ponderis generalis
pro expensis suis debeas exhibere.

[ii.] Item quod ad celerem recollectionem
pecunie tam generalis subventionis quam alterius,